



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Carolus de Vecchijs Episcopus Clusinus Sacr. Concilij Congregationis à
Secretis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

99

nem Vestram, cuius Pontificatus primarium arcanum est, consu-
lere Christi pauperibus, tanquam solidissimis Ecclesiae Catholi-
cæ fundamentis.

Marcus Antonius Thormatus Episcopus
Bitecten.

IVstum est, tuoquè dignum Pontificatu, Pater Sanctissime;
vt Beatum Thomam à Villanova Archiepiscopum Valen-
tinum pro tradita tibi potestate Cœlitum albo adscribas;
vt eius gloriam nunciet Ecclesia, cuius laudes vnanimi con-
sensu omnes populi enarrant. Admiranda siquidem in eo
humilitas fuit, ardentissima erga Deum charitas, inexhausta
in elargiendis eleemosynis profusio, indefessa Pastoralis solici-
tudinis vigilantia, constantissima sanctimoniac fama ad hunc us-
que diem per integrum sæculum propagata, crebrisque, & explo-
ratissimis miraculis comprobata. Tanto igitur Antistiti San-
ctorum honorem decernens, rem facies, Beatissime Pater, toto
Orbi Christiano gloriosam, & horum temporum necessitatibus
maximè opportunam, vt qui in diebus suis placuit Deo, fiat nunc
pro populo Dei reconciliatio.

Carolus de Vecchijs Episcopus Clusinus Sacr.
Concilij Congregationis à Secretis.

Admonet me proprij muneric ratio, Beatissime Pater, vt ad
cœlestes honores Beato Thomæ Archiepiscopo Valen-
tiæ decernendos, suffragium aliunde, quam ex Tridentino
Concilio deriuatum non feram. Inchoatam ille Tridentinam
Synodum, non absolutam vidit. Absolutam tamen optimi Pa-
storis formam, priusquam Tridentini Patres sancirent verbis,
Thomas firmauit exemplo, & anticipata executione decreta Pa-
trum præoccupauit, & vota. Merito igitur Sanctorum Conci-
lio adscribendus est ille, qui Apostolicæ Reformationis Conci-
lium priusquam absoluueretur, in se absoluit.

N 2

Carolus